



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**FRANCISCI|| XAVERII EPISTOLA-||RVM LIBRI|| QVATVOR||**

**Francisco <de Javier>**

**Mogvntiæ, 1600**

**VD16 J 197**

Eidem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43721**

lum inueniã finem. Vel hinc intelligere potes, quantũ ex ea re capiam voluptatis, præfertim vero cũ ad scribendũ me contuli tuis literis prouocatus. Itaq; scribendi finẽ facio, etsi finẽ reperire nequeo: confido autem fore, vt aliquando nos aut in Sinis, aut in Iaponia, aut certe in cœlo reuisamus; vbi, vt spero, singulari Dei beneficio ac munere in cœlestis regni societatem pariter vocati, DEO perenni bonorum omnium fonte perfruemur in omnem eternitatem. Amen. VI. Nonas Februarias. Cocino.

*Eidem. Epist. XII.*

**E**PISTOLIS omnibus in Lusitaniã Emanuelli Petro iam datis, naues Malaca venerunt, quæ certo nuntiabant, Sinarum portus Lusitanis penitus clausos & infestos esse omnes. Ego tamen profectiõnem Iaponicam, de qua antea ad te scripsi, haudquam abiiciam. Nam mihi nihil gratius accidere potest in vita, quam in maximis meis periculis, CHRISTI Domini, & Christiane religionis causa susceptis, vitam trãsfigere. Christianum quippe est in cruce magis quã in quiete lætari. DEVS nos in suo, beatorumque domicilio iungat. Amen. IV. Kalen. Mart. Cocino.

*FINIS SECVNDI LIBRI.*

FRAN-

*Cruce a.  
mor.*